



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Membrum I. Observanda erga Religiosos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

illud Ecclesiastici, c. 28. *Multi ceciderunt in ore gladii, non sic quasi, qui interierunt per linguam suam.*

Qu. 2. *Quibus mediis benevolentiam & favorem Personarum conciliare & conservare debeat Pastor?* R. In quærentibus præcipuè. 1. *Piis desideriis & orationibus:* cum cor Regis in manu Domini sit, qui, quocunque inclinabit illud, meritò per preces potius ad DEUM quam per humanas industrias hic favor quæritur. 2. *Humili subiectione:* nam teste Ecclesiaste c. 11. *Sapientia humili exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum erigetur eum faciet;* 3. *Reverenti conversatione,* ut, five cum illis five de ipsis loquatur, non modò nihil minùs honorificè illis loquatur, sed potius excusans aut dissimulans (multa officii obligatio & discretio suadeat) ea, quæ minùs honorifica sunt, ipso loquendi modo ostendat, se collatam à Deo potestatem, dignitatè que in iis agnoscere & venerari

§. II.

Quomodo erga æquales se gerere debeat
Pastor?

MEMBRUM I.

Observanda erga Religiosos.

Qu. 1. *Quid erga Religiosos observare debeat Pastor?* R. In præcipuè, quæ sequentibus Versiculis indicantur.

Condigna æstimatio

Obstatùs perfectionem.

Benevola admissio

Ad laborum Communionem.

Amica gratulatio

Ob Privilegiorum possessionem.

Qu. 2. *Qua potissimùm privilegia data Religiosis servare debeat Pastor?* R. ea, quæ aliquo modo relationem ad ipsos habent ob potestatis æqualitatem, qualia sunt, quod possint vestes sacras & vasa ad Sacrificium deputare, medicare, ut ad illos pro hoc fine recurrere possint. Quæ sunt mendicantes, plerumque habeant potestatem ablati

non tantum à peccatis, sed etiam à censuris in Bulla Cœnæ non contentis, aut ab homine generaliter non latis; commutandi & relaxandi vota Pontifici non reservata; prædicandi Verbum DEI non repugnantibus curatis Parochialium Ecclesiarum: porrigendi in suis templis Evcharistiam, præterquam tempore paschali, & in mortis articulo, nisi necessitas urgeat; imò possint etiam dare aliis facultatem in suis templis eam distribuendi. Quòd sint exempti à Decimis, prædialibus, & sæcularibus sæculari jure non possessis. Quòd possint suos Familiars, id est, Famulos in sæculari habitu servientes, aut Officiales suorum Monasteriorum aut domuum quocunque tempore absolvere, Sacramentum Evcharistia, & Extremæ Unctionis (non tamen matrimonii, nisi specialiter id eis sit permissum) administrare, & etiam sepelire, quòdque hos nemo excommunicationi, vel interdicto subicere possit, quamdiu in servitio horum Religiosorum sunt; quòd varias indulgentias proponere possint: Quòd Fideles possint die Festo Missas & Conciones apud ipsos etiam contradicentibus Pastoribus audire, & per hoc satisfaciant præcepto Ecclesiæ.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An Pastor possit quoscunque Religiosos confitentes audire?* R. affirmativè, si peregrè veniant; quia prudenter supponere potest, talem Religiosum non petiturum, ut audiret ipsius confessionem, nisi facultatem generalem, vel specialem haberet confitendi.

Qu. 2. *An possit absolvere Religiosum, de quo dubitat, an non casum reservatum habeat?* R. si ipse etiam Religiosus dubitet, posse ipsum absolvere, eò quòd in dubio præsumatur non reservatus, uti multi apud Dianam p. 3. tr. 4. ref. 4. docent.

Qu. 3. *An, si Religiosus casum certò reservatum habeat, possit eum absolvere?* R. si necessitas aut gravis causa ad confessionem urgeat, posse eum absolvere, sed cum onere sistendi suo Superiori, uti iterum multi AA. apud Dianam docent.

MEMBRUM II.

Observanda erga alios Sacerdotes.

Qu. 1. Quid erga Sacerdotes specialiter observari debet?

Pastor: R. sequentia præcipuè.

Concordia in affectu

Propter vinculum Fraternitatis.

Reverentia in Colloquio

Propter meritum dignitatis.

Promptitudo in obsequio

Propter titulum equalitatis.

Si enim jam olim primi Christiani tanto inter se nervitatis conjungebantur, ut, teste S. Scriptura, eorum esset unum, & anima una; quanto magis similem inter se conversationem Pastores procurare debent, ut quorum officium charitatem proximi à Christo toties commendatam vel exemplo commendare.

Qu. 2. Quæ vitanda sint specialiter erga alios Sacerdotes?

Pastores: R. itidem tria.

Injusta æmulatio

Ob muneris successum,

Indigna conversatio

Ob noxium confessum.

Messis præoccupatio

Ob fervoris excessum.

Quarum quidem actionum non admodum laudabilium prima committitur, si Pastor, dum alios, vel ad pinguius honoratiùsque beneficium promoveri, vel prædicationis, conversationisque gratiâ magnam nominis famam sibi comparare; aut copiosos ex labore suo manipulos, conversionis licet animarum reportare advertit, invidiosâ quâdam se sinat; quod quidem vitium tantò studiosius illi vitandum est, quanto arctiori fraternæ charitatis vinculo aliis Sacerdotibus obstrictus esse debet, atque adeò omnia illorum bona tanquam Fratrum communia reputare, maxime cum per ipsam congratulationem, & amorem sibi propria fieri possit, uti eleganter S. Augustinus indicavit dicens: *Compede illi, cui DEVS aliquam gratiam dedit, & potes illi quod in te non potes. Ille habet fortè Virginitatem, tu a illa*